

BOTANISCHES INSTITUT
der k.k.Universität.

J. No

B

869/12

C. 69
—
12.

521.92
OBSERVATIONES LICHENOLOGICAE

BREVES IN

FASCICULOS CRYPTOGAMICOS

AB ORN. G. D. WESTENDORP

EDITOS,

AUCTORE EUGENIO COEMANS.



GANDAE,

TYPIS I. S. VAN DOOSSELAERE.

—
1858.


In laudabili « *Herbier cryptogamique belge* » jam species cryptogamicas haud paucas (1200), easque plerumque spectabiles, quarum 445 ad classem Lichenum pertinent, evulgavit Cl. Westendorp. Ast, ut defectu apparutū litterarii saepe contigisse compertum est, in hisce determinandis mendaे quaedam ac nonnullae minoris momenti maculae « quas aut incuria fudit, aut humana parum cavit natura » irrepsero; et hic quidem libenter, me duce aliquoties errasse auctorem confiteor.

Mendas maculasque illas, ne aliis laqueum prebeant, corrigere, editasque species ad recentiorem nomenclaturam reducere, in lichenologiae patriae emolumen tum, utile duxi. Haec opusculi ratio.

In quo conscribendo, ad majorem cautelam, non modo proprium sed et exemplar amicissimi Prof. Kickx prae oculis habui.

Species quarum determinatio omnino manca, ad faciliorem notitiam asterisco designantur.

GANDAVI, Pridie calend. Julii 1858.



FASCICULI I-XXIV.

Nº 14. Cladonia uncialis Hoffm.

Formam hic habemus typicam : alteram satis insignem, *gracilem* apud Rabenh. Ex. N. 264 nuncupatam, inveni in Campiniā, circa opidulum Aerschot.

* 15. Variolaria leucocephala De C.

Est forma spermogonifera Opegraphae atrae Pers., olim Pyrenothea vermicellifera Kze. Variolaria leucocephala De C., cum synymo Pyrenula leucocephala Ach., ad Pyrenotheam leucocephalam Fr. pertinet, formamque spermogoniferam Lecideae abietinae Ach. constituit. Reliqua Synonyma bona.

16. Papillaria ventricosa Kx.

Cladonia papillaria Hoffm. Specimina mea spermogonifera : spermogonia nigro-fusca, illis Cladoniae cocciferae satis similia : Spermatia curvata, extremitatibus obtusis.

17. Baeomyces roseus Pers.

Baeomycem placophyllum Ach., ad Rhenum, non longe a finibus nostris legi : in Belgio quoque forsan non deest.

18. *Calicium trachelinum* Ach. (ad Salices).

Genuina species, totius generis frequentissima, saepius ad cortices quercuum obvia. Sporae nigricantes, uniseptatae, medio parum constrictae, long. circiter 0,04 m. m., lat. 0,005 m. m. = *Calicium salicinum* Pers.

* 22. *Verrucaria cinerea* Chev.

Est *Verrucaria alba* ^β *leucoplaca* Schaeer. En. p. 219- = *Aerocordia tersa* Körber. syst. p. 356. A sequenti apotheciis et sporis minoribus potissimum recedit.

De *Verrucariâ cinereâ* Chev. nihil certi, forsan huic speciei adscribenda.

25. *Verrucaria gemmata* Ach.

Genuina species : sporae incoloratae, unisep-tatae, ellipsoideae, long. circiter 0,04-2 m. m. lat. 0,006-10 m. m. Paraphyses nonnun quam ramosæ.

62, 65, 64.

Varietates communiores *Ramalinæ calicaris* Fr. sistunt; scilicet : 1^d *Farinaceam* (Ach.) 2^d *Fraxineam* (Ach.) 5^d *Fastigiata* (Ach.) Varietas *Canaliculata* Fr. in nostris quoque, ad fagos, haud rara.

65. *Cenomyce pityrea* Ach.

Cladonia pyxidata var. *pityrea* Nyl. Prod. p. 56 in not. *Cladonia pityrea* (Ach.) pr. p. Plurima specimina Cl. pyxidatam in *pityream* transeuntem ostendunt.

66. *Opegrapha herbarum* Mont.

Est *Opegrapha atra culmicola*, sicuti Op. *Chevallieri* Leight., apud nos etiam obvia, est Op. *atra saxicola*.

107. *Imbricaria aipolia* De C.

Parmelia aipolia Ach.

Specimina nostra abunde spermogonifera : spermogonia sphaeriformia, nigra : spermatia incolorata, recta, long. 0,003-4 m. m.

108. *Lecidea icmadophila* Ach.

Baeomyces iemadophilus (Ach) Nyl.

Haec species, certo a Lecideis separanda, optime *Baeomycibus* adjungitur, ut apud Cl. Nylander, in suo Prodomo (1857) et in sua Enum. gen. Lichenum (1858).

Varietas *pallida* Rabenh. Ex. N. 209. (*teretocarpa* Mass. Lich. Ital. N. 5.), thallo pallidiori, apotheciis deformibus, plus minusve intestiniformi-plicatis, in Belgio haud rara : caeterum parvi momenti.

109. *Baeomyces rufus* De C.

Baeom. rufus β . *carneus* Flk. Krb. Syst. p. 273., thallo imbricato, aeruginoso-glaucō, in nostris haud rarus, v. g., in pinetis Héverlé.
Hanc speciem cum *B. roseo* non confundit Cl. Fries, sed inter Biatoras collocat L. E. p. 257.

117. *Verrucaria nitida* v. *nitidella* Flk.

Cum typo Floerkeano peridentica. Non *Pyrenula pinguis* Chev. Fl. Par.

158. *Ramalina Prunastri* Chev.

In variis exemplaribus, species variae (incuria credo præparantis) : in meo *Ramalina pollinaria* Ach., in exemplari Am. Prof. Kickx, genuina *Ram. prunastri* invenitur. Raro, sub nostro coelo, fructifera.

159. *Imbricaria pulverulenta* De C.

Physcia pulverulenta Fr. (*Forma typica*). Hujus tres praecipuae varietates, in Belgio, satis obviae occurunt, scilicet :

- 1º Var. *Angustata* (Ach.), ad fraxinos.
- 2º Var. *Pityrea* (Ach.), ad muros et tilias.
- 3º Var. *Venusta* (Ach.) ad varias arbores.

160. *Imbricaria parietina* De C.

Physcia parietina (L.) Nyl. Prod.

Nimum, apud plurimos, hujus speciei multiplicantur varietates : in Belgio conspicendas habemus : var. *Ectaneam* (Ach.), ad lapides et var. *Polycarpam* (Ehrb.), ad pinos populosque.

Physcia candelaria (Ach.) (*Borrera candelaria* Kx.) specie distinguitur a *Phys. parietina*.

161. *Peltigera rufescens* Hoffm.

Exemplaria mea et illa Prof. Kickx non typum, sed formam, ad varietatem *Spuriam* Körber Syst. p. 59 omnino accedentem, exprimunt. Notetur obiter *Peltigera canina* et *Peltigera rufescens*, ambae dare formas, thallo minore, polydactylo, *spurias* apud auctores nuncupatas; unde intricata synonyma.

162. *Arthonia galactites* Duf.

Verrucaria alba Schrad. (ad *Verruc. gemmatam* referenda) hic ut synonymum adduci nequit. Specimina nostra spermogonifera : spermogonia nigra, rotundata, apotheciis multo minora : spermatia, arcuata, long. circiter 0,015 m. m.

163. *Lecidea enteroleuca* Ach.

Lecidea parasema var. *enteroleuca* (Ach.) Nyl.

Prod. p. 124. *Lamina superius pulchre smaragdula.* Sporae simplices, incoloratae, ovoideæ, long. circiter 0,01 m. m. lat. 0,006 m. m.

214. *Lecanora atra* Ach.

Haec forma saepe eum Lecanorâ subfuscâ, apotheciis fuscoatris, confunditur, sed apotheciis, intus etiam nigris, et paraphysibus pulchre violaceo-fuscis, statim ab illâ dignoscitur.

Sporae simplices, ovoideæ, limbatae, long. 0,006-8 m. m. lat 0,005-4 m. m.

214. *Borrera ciliaris* Ach.

Physcia ciliaris De C.

Abunde spermogonifera : spermogonia nigro-fusca, tuberculiformia : spermatia recta, obtusa, long. 0,004 m. m., hyalino-nitentia.

215. *Borrera tenella* Ach.

Physcia stellaris v. *tenella* (Schaer) Nyl. Prod. p. 64.

Quoque spermogonifera : spermogonia minora, magis atra quam in praecedenti : spermatia similiter diminuta, long. 0,002 m. m.

216. *Lobaria acetabulum* Hoffm.

Parmelia acetabulum Fr. L. E. p. 65. In Flandriâ passim obvia : in Brabantâ vulgatissima : in Germaniâ vero rara.

Spermogonia perplurima, nigra, tuberculata : spermatia recta, obtusa, long. circiter 0,004 m. m.

217. *Peltigera canina* Hoffm.

Peltigera canina et *ulorrhiza* Schaer. pr. p.

Haec forma facile cum *Peltigera rufescente* con-

fundi potest; forma *leucorrhiza* melius typum exprimit.

260. *Cenomyce coccifera* Ach.

Cladonia cornucopioides Fr. typica.

Specimina mea spermogonia praebent, sed emortua.

* 261. *Imbricaria sinuosa* (Ach.).

Est *Parmelia saxatilis* Ach., corticola : non raro fructifera. *Parmelia sinuosa* Ach. in Belgio haud frequens, illam legi ad fagum et pinum sylvestrem, sed rarius.

262. *Lecidea decolorans* (Hoffm.).

Sporae ovato-oblongae, simplices, hyalinae, long. circiter 0,01 m. m. lat. 0,004-5 m. m.

Lecidea minutula Ach. L. U. p. 585, pro hac formâ adduci nequit.

263. *Lecidea sabuletorum* Flk.

Lecidea vernalis var. *milliaria* (Fr.) Nyl. Prod.

p. 107. — *Lecidea milliaria* Fr. pr. p. Sporae fusiformes, 5-4-5-6-7 septatae, long. 0,02-5 m. m. lat. 0,006 m. m.

315. *Imbricaria Clementiana* (Ach.).

Physcia astroidea (Fr.) Nyl. Prod. p. 62.

In Flandriâ vulgatissima. Forte non species autonoma, sed forma minor, leprosa *Physciæ stellaris*, ad quam redire aliquoties videtur.

* 314. *Lobaria perlata* v. *cetraroides* Dub.

Est *Parmelia Borreri* Turn. = *Parmelia dubia* Schær. Em. p. 45. Nondum vidi fructiferam. *Parmelia perlata* v. *cetraroides* (Dub.) ad fagos, in nostris, haud rara, sed varietas nullius momenti.

515. Opegrapha rubella Duf.

Opegrapha herpetica \varpropto rubella Schær. En. p.

155. (Optime.)

Sporae fusiformes, triseptatae, incoloratae aut
(rarius) rufescentes, long. circiter 0,02 m. m.
Opeg. rufescens Pers, hic citata, ad Opegrapham vulgatam referatur.

516. Spiloma tumidulum Ach.

Arthonia cinnabarina Wallr. Fl. Germ. p. 520,
forma typica. Pro ultimo synonymo lege :
Sphaeria gregaria Sow. Engl. Fung. Sporae
ovato-clavatae, 5-septatae, leviter rubentes
(saltem apparent.)

* **517. Lecidea aggregata Chev.**

Est Lecidea luteola v. endoleuca Nyl. in Bot.
Not. 1853. = Biatora premnea Leight. non
Ach. Cauter distinguenda a Lecidea grossa Pers,
cujus apothecia intus nigra.

518. Lecidea myriocarpa Chev.

Huic proximam, pulcherrimam, Lecideam ni-
gritulam Nyl. Bot. Not. 1853, inveni ad la-
rices, in Zoetwater, prope Lovanium.

519. Lecidea rubella Chev.

520. Lecidea ferruginea Chev.

Lecanora ferruginea (Huds.) Nyl. Prod. p. 76.

521. Lecanora haematites Duby.

Lecanora cerina v. haematites Nyl. Prod. p. 75.
(Fr.) L. E. p. 169.

522. Lecanora angulosa Ach.

Lecanora subfusca v. angulosa Nyl. Prod. p. 85,
vix a Lec. albella distinguenda. Lecanora

chondrotypa Ach. Syn. p. 167, ut synonymum hujus formae adduei nequit. In specimine meo, apothecia Sphaeriâ epicymatiâ Wallr. infestantur.

* 556. *Collema furvum* Ach.

Est *Collema crispum* Ach.

Specimen meum dextrum et illud exemplaris Prof. Kickx hujus varietatem *granulosam* Ach. Syn. p. 342 sistunt.

557. *Imbricaria physodes* De C.

Parmelia physodes Ach.

Spermogonia nigra, *sphaeriaeformia*:

Spermatia recta, long. circiter, 0,006 m. m.

558. *Lecidea luteoalba* Ach.

Lecanora cerina v. *biatorina* Nyl. Prod. p. 75
pro specimine meo, satis informi.

Specimina Prof. Kickx optime *Lecanora cerina* v. *luteoalba* (Ach.)

* 559. *Lecidea decolorans* β. *granulosa* Ach.

Est *Lecidea vernalis* v. *muscorum* (Schaer.
Leight.) Nyl. Prod. p. 107.
Sporae oblongae, saepius 4-5-septatae.

560. *Lecanora cerina* Ach.

Typum exprimit.

561. *Urceolaria bryophila* Ach.

Urceolaria scruposa Ach., forma *muscicola*,
bryophila Auct.

404. *Usnea articulata* Hoffm.

Usnea barbata v. *articulata* Ach.

In exemplari Prof. Kickx optima, in meo vix articulata.

405. *Opegrapha scripta* Duf.

Est *Opegrapha scripta* v. *pulverulenta* Ach. Syn.

Sporae fusiformi-cylindraceae, long. 0,03 m.m.
lat. 0,008 m. m.

In Belgio, praesertim maritimo, inquirenda
Graphis anguina (Montg.), facie externa Gr.
scriptae similis, sed sporis majoribus, lon-
gitudinaliter et transversim divisis, (loculis
quodammodo lateres muri simulantibus) longe
diversa.

464. *Collema lacerum* De C.

Leptogium lacerum Fr. var. *fimbriatum* (Hoffm)
Körber Syst. p. 418.

516. *Endocarpon miniatum* Ach.

517. *Psora vesicularis* De C.

Lecidea vesicularis Ach. Syn. p. 51.

Ad Synonymum : *Lecidea paradoxa* Ach., adde :
non Lichen paradoxus Ehrh.

518. *Coniocybe furfuracea* Ach.

Est forma *vulgaris* Schaer. En. p. 175.

617. *Cornicularia aculeata* Ach.

Cetraria aculeata v. *campestris* Schaer. et Auct.

* 618. *Cornicularia odontella* Fr.

Est *Cetraria aculeata*, ad varietatem *muricatam*
(Ach), Hepp. Ex. N. 559., Leight. Ex. N. 4
proxime accedens. Vera *Cornicularia odon-
tella* modo in Europa boreali et in America
Septentrionali lecta.

619. *Usnea hirta* Hoffm.

Usnea barbata v. *hirta* Auct.

* 620. *Cenomyce cladomorpha* Del.

Est *Cladonia alcicornis* Flk., Schaer : proceritate ad *Cl. endiviaefoliam* accedens. *Cenomyce cladomorpha* Del. ad *Cl. cervicornem* referatur.

621. *Parmelia Dufourei* Fr.

Squamaria crassa De C. v. *Dufourei* (Fr.)

622. *Psora decipiens* Hoffm.

Lecidea decipiens Ach.

623. *Psora lurida* De C.

Lecidea lurida Ach.

Synonyma Sprengelii, Acharii et Dicksonii ad *Lecideam atrorufam* referenda sunt, plantam Alpinam, in nostris nondum lectam.

624. *Lecanora varia* Ach.

Lecanora varia v. *maculaeformis* Schaer. En. p. 83.

Lecanora sarcopsis Ach. hujus formae haud synonymum sonat, nec bene *Lichen-pallescens* Schrank. *Lecanora epanora* Ach. est planta diversissima.

625. *Lecanora subfuscata* Ach.

Abunde spermogonifera : spermogonia punctiformia, nigra : spermatia curvata, elongata, 0,018 m. m. adaequantia.

626. *Opegrapha atra* Pers.

Opegrapha atra, form., *denigrata* (Ach.)

* 627. *Urceolaria mutabilis* Ach.

Est *Lecanora atra* Ach., forma corticola.

Urceolaria mutabilis, hodie *Lecanora mu-*

tabilis Nyl. Alger. p. 524, in Belgio nondum
lecta.

628. Lepra. lactea Wigg.

Est Arthonia pruinosa Ach. thallo leproso-albo.

706. Cenomyce bacilaris Ach.

In exemplari Prof. Kickx datur *Cladonia macilenta* α *bacilaris*, *cylindrica*, *divisa* Schaer.
En. p. 486. Specimina nostri fasciculi nigro-decorticata, pusilla, grumulosa *Cladoniam Floerkeanam* dicerem, si non vetustas ipsa dubium moveret.

707. Borrera furfuracea Ach.

Evernia furfuracea Mann.

Sub nostro coelo raro fructifera.

708. Lobaria perlata Hoffm.

Parmelia perlata Ach. Meth. p. 216.

709. Peltigera horizontalis Hoffm.

740. Endocarpon Hedwigii Ach.

744. Lepra flava De C.

Sub Leprâ latet Arthonia pruinosa Ach., forma spermogonifera : Spermogonia nigra, cupuliformia (ostiolo late hiante) : spermatia ellipsoidea vel elongato-ellipsoidea, saepius curvata, long. 0,004-5 m. m. lat. 0,002 m. m.

808. Usnea barbata v. plicata (hirta) Schaer.

809. Cornicularia jubata v. prolixa Schaer.

Alectoria jubata v. prolixa Ach. Varietas *cana* Ach. etiam in Arduennis haud rara.

810. Lobaria caperata Hoffm.

Parmelia caperata Ach.

Spermogonifera : Spermogonia nigro-fusca ,
rotunda vel ellipsoidea : Spermatia ovata, long
circiter 0,008-10 m. m.

811. *Sticta pulmonacea* Ach.

812. *Sticta scrobiculata* Ach.

813. *Solorina saccata* Ach.

814. *Peltigera venosa* Hoffm.

815. *Peltigera polydactyla* Hoffm.

Inadvertanter forsitan hic inter synonyma citatur
Peltigera spuria De C.

816. *Umbilicaria pustulata* Hoffm.

817. *Lecidea aromatica* Ach.

Genuina Species = *Lecidea Sabuletorum* b.
campestris Fr. pr. p.

Lamina superne smaragdula (capitulis paraphy-
sium tinctis) caetero cinerascens : hypothe-
cium fusco-nigricans : sporae oblongo-cylin-
dricae, incoloratae, 1-2-3-septatae, long.
0,015-20 m. m. lat. circiter 0,002-5 m. m.

818. *Lecidea uliginosa* Ach.

Optime sistit varietatem *humosam* Fr.

* 819. *Lecidea triptophylla* b. *coronata* Schaer.

Est *Pannaria nebulosa* Nyl. L. P. N. 414. = *Le-
canora brunnea* De C. Fl. Fr. et Duby. B. G.
p. 666.

Lecidea triptophylla b. *conorata* Schaer. est
planta alpina in nostris nondum lecta. = *Am-
philoma hypnorum* Hepp. Fl. Eur. N. 474.

* 820. *Lecidea pinicola* Engel. Bot.

Est *Peziza (Pragmopora) amphibola* Mass. Fiam.
Lich. p. 45 Körber. Ex. N. 49.

Postea, cum fasciculis XIX et XX, nova specimenima Lecideae pinicolae misit D^{us}. Westendorp optima. Sporae rufescentes, uniseptatae, oblongae, long. 0,012-15 m. m. lat, circiter 0,006 m. m. Ast specimina ista, nec ipsa Rev. Leighton, a Lecidea myriocarpa (De C) video diversa.

* 821. *Opegrapha dispersa* Chev.

Est Arthonia minutula Nyl. Syn. Arth. p. 102.
= *Opegrapha epipasta* Moug. Ex. N. 559. —
= *Opegrapha atra*, *stenocarpa*, *tenera* Hepp.
Ex. N. 545.

Sporae incoloratae, ovoideae, uniseptatae, long.
circiter 0,01 m. m. lat 0,003-4 m. m.

Cauta distinguenda ab Arthoniâ astroideâ v.
epipastâ, cuius tamen sporae 5-septatae; ad
hanc *Opegrapham dispersam* Chev. et pleraque synonyma, hic allata, refero.

822. *Spiloma viridans* Schaer.

Est *Opegrapha varia* v. *chlorina* Schaer pr. p.
nam lirellae pleraequae, pruinâ flavâ destitutae,
formam *Opegraphae variae* ostendunt
lichenoidem, juniores.

Sporae oblongo-fusiformes, 5-5-septatae, incoloratae vel (rarius) fuscantes, long., saepe, 0,016-20 m. m. lat. 0,006-7 m. m.

Specimina mea Schaeriana typica Ex. 437 formam *lichenoidem* *Opegraphae variae* nudam ostendunt: forte, temporis tractu, decidit pruina.

904. *Verrucaria nitida* Schrad.

Specimina nostra abunde spermogonifera: spermogonia nigra, punctiformia, praecipue pe-

ripheriam thalli inhabitantia : spermatia irregulariter curvata , long. 0,018-20 m. m.

1013. Usnea florida Hoffm.

Usnea barbata var. florida Fr. L. E. p. 18.

1014. Sphaerophoron coralloides Pers.

Est forma b. *candicans* Fr. L. E. p. 405.

Haec forma minor , plus solito compressa , facil-
lime cum Sphaer. compresso Ach. confundi
posset , praesertim cum desint apothecia .

1015. Cladonia pyxidata (neglecta) α pocillum

Rab.

Omnino , cum Nyl. L. P. N. 19 identica .

**1016. Cladonia pyxidata β chlorophaea Rab et
 β phyllophora Coem.**

Est Cladonia pyxidata v. pityrea Nyl. l. c. ==
Cladonia pityrea (Ach.) ; β . est forma , pode-
tiis imbricato-squamulosis .

Permulis inspectis speciminibus , varietatem
pityream a Clad. pyxidata originem habere ,
non vero a Clad. degenerante , probatum
habui .

Sub nomine Clad. chlorophaeae plantae circum-
feruntur , aliae vix a genuinâ pyxidatâ diver-
sae , ut , sensu meo , exemplaria Schaeriana ,
aliae ad var. pityream reducendae , ut hic
casus .

1017. Cladonia fimbriata (longipes) α cornuta
Rab.

1018. Cladonia fimbriata (longipes) denticulata
Rab. et γ carpophora Rab.

1019. *Cladonia fimbriata* γ *ochrochlora* Schaeer.

Optime, Körber Ex. N. 152.

1020. *Cladonia gracilis*, *verticillata*, *prolifera* Rab.

Specimen β exprimit varietatem *cervicornem* Nyl. Prod. p. 57 = *Cladonia cervicornis* (Ach.) Schaeer.

1021. *Cladonia gracilis*, *chordalis* Rab.

1022. *Cladonia gracilis*, *hybrida* Rab.

Potius var. *chordalis* pro max. pr. Varietas *hybrida robustior*.

1023. *Cladonia degenerans* Flk.

1024. *Cladonia degenerans* β *pityrea* Schaeer.

Rursum *Cladonia pyxidata* var. *pityrea* Nyl. l. c. sed magis dealbata quam in N. 1016. Similia habeo specimina, a *Clad. fimbriata* exorta, et saepe in varietatem ochrochloram (Flk.) abeuntia.

* 1025. *Cladonia decorticata* Flk.

Est *Cladonia squamosa* Hoffm. *macra*, *juvenilis*.

1026. *Cladonia squamosa* α *microphilla* Schaeer.

1027. *Cladonia squamosa* β *squamosissima* Flk.

1028. *Cladonia cenotea* β *viminalis* Rab.

1029. *Cladonia furcata* β *crispata* Rab.

Est *Cladonia gracilis* v. *trachyna* (Del.) in Dub. B. G. p. 625. = *Cladonia gracilis*, *elongata*, in C. *crispata* Ach. *transiens*. Unde omnia synonyma hic relata pr. p. solummodo cum specimine concordant. Notetur praeterea,

Clad. crispata non a *furcatá*, sed a *gracili*
ortum ducere.

1050. *Cladonia furcata* v. *racemosa* Rab.

1051. *Cladonia furcata* v. *microcarpa* Coem.

1053. *Cladonia furcata* v. *subulata* Rab.

1034. *Cladonia furcata* v. *stricta* Wallr.

1055. *Cladonia pungens* Smith.

—*Cladonia furcata* v. *pungens* Fr. L. E.

1056. *Cladonia pungens* v. *foliosa* Flk.

Subvarietas prioris.

1057. *Cladonia rangiferina* α *vulgaris* Rab.

Totius generis maxima, aliquando 0,20-25 c. m.
attingens.

1058. *Cladonia rangiferina* β *sylvatica* Krb.

1059. *Cladonia stellata* β *biuncialis* Schar.

Cladonia uncialis Hoffm. forma procerior.

Specimina Am Prof. Kickx nonnihil ad var.
turgidam Schaer. vergunt.

1040. *Cetraria Islandica* Ach.

Non typum, sed Cet. Islandicam vulgarem, an-
gustatam Hepp. Ex. N. 561 exprimit. Iden-
tifica eum Leight. Ex. N. 42.

1041. *Parmelia conspersa* Ach.

Abunde spermogonifera (inde nomen accepit) :

Spermogonia nigro-punctiformia : spermatia
recta, 0,005 m. m. aequantia.

Lichen centrifugus L. hic non synonymum.

UB Wien



+AM505820705

